Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Appolinare

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

clamabat uouensque si filius mortis abysso
naufragio euaderet et filium pareret ipsum
eius monasterio adduceret. Statimque femina
quedam et specie et habitu uenerabilis ei appa-
ruit que eam per mentum arripiens pieliam
tibi alius incolomem adduxit per unde.
Ipsa autem postmodum filium peperit et uo-
tum suum fideliter adimpleuit. ¶ Aiunt
quidam mariam magdalenam sponsam fuisse
iohannis euangeliste quam duxit tunc quando christus eum de
nuptiis uocauit. Et hoc ipsa indigna-
ta quod sponsum suum sibi abstulit abiit
et omni uoluptati se dedit. Sed quia con-
gruum non erat ut iohannis uocatio damp-
nationis occasio sibi fieret dominus ad pe-
nitentiam misericorditer ipsam conuertit. Et
quia a summa delectatione carnali totam
remouit. ideo summa delectatione spiritua-
li que est in dei amore pre ceteris eam imple-
uit. Quod et de iohanne quidam fatentur
quod ideo dulcedine sue familiaritatis
eum pre ceteris decorauit quia a predicta de-
lectatione eum remouit. Hec autem falsa
et friuola reputantur. ¶ Vir quidam
oculorum lumine priuatus cum ad monaste-
rium uizeliacum causa uisitandi corpo-
ris beate marie magdalene ueniret et suus
ductor ei diceret se ecclesiam iam uidere.
Ille magna uoce exclamauit. O sancta
maria magdalena utinam aliquando merear
uidere ecclesiam tuam. Statimque ei oculi sunt
aperti. ¶ Quidam dum peccata sua in qua-
dam cedula scripsisset sub pallio al-
taris beate marie magdalene posuit rogans
eam ut sibi indulgentiam impetraret.
Qui postmodum cedulam accipiens
peccata sua de ipsa cedula omnino de-
leta inuenit. ¶ Quidam dum ob pe-
cunie exactionem in compedibus tene-
retur magdalenam sepe in suum adiuto-
rium inuocabat. Et ecce quadam nocte mu-
lier quedam speciosa sibi apparuit que uincula
frangens et hostium relaxans sibi ut fugeret
imperauit. Qui se absolutum uidens protinus
inde effugit. ¶ Clericus quidam flandrensis ste-
phanus nomine in tantam scelerum immanitatem
ceciderat quod omnia exercens fla-
gicia ea que salutis erant non solum non facere
sed nec audire uolebat. Habebat tamen in ma-
riam magdalenam deuotionem magnam huius eius
uigiliam ieiunabat et festum colebat.
Dum igitur eius tumulum uisitaret magdalena
nec excito dormienti tanquam mulier
formosa lugubres oculos gerens et du-
orum angelorum dextera leuaque sustentata
presidio apparuit eique dixit. Cur queso
stephane indigna meritis meis factis re-
pendis. Cur labiorum meorum instantia
nulla compunctione moueris. Ex quo enim
deuotionem meam habere cepisti, per dominum
instanter exoraui. Surge igitur et pe-
nitere. quia eum est te deserim donec deo
fueris reconciliatus. Ille igitur mox tantam
gratiam in se infundi sensit quod seculo
abrenuntians religionem intrauit.
et perfectissime uite fuit. In eius morte
uisa fuit. In eius morte uisa est magdalena
iuxta feretrum cum angelis astitisse et
eius animam quasi columbam candidam cum
laudibus in celum sustulisse.

De sancto apollinare

Apollinaris dicitur apollens et aris
uirtus quasi pollens uirtutibus.
uel dicitur ab apollo quod interpretatur mira-
bilis et naris per quem intelligitur discretio quasi
mirabilis discretionis uir. uel dicitur ab a quod
est sine et pulluo et aris uirtus
quasi uirtuosus sine pollutione uitiorum.

Apollinaris petri [illegible]
apostoli discipulus fuit ab eo missus
a roma rauennam missus est ubi [illegible]

De noīe

De sancto apollinare

in sanata ipsam cum viro eius baptizavit
et eius familiam. Quod quidem iudici nun
tiatur et arcessito Apollinaris primus ac
cersitur. Ductus est ad templum Iovis ut
ibi immolaret. Cum dixisset sacerdotibus ydo
lorum aurum et argentum ydolis appensum
melius pauperibus dari quam ante demones
sic appendi, protinus capitur et fustibus ce
sus relinquitur semivivus. Sed a discipu
lis collectus in domo cuiusdam vidue VII
mensibus recubuit. Inde autem venit ad civi
tatem Classem ut quendam nobilem mutum i
bi curaret. Cum autem domum ingrederetur, puel
la quedam spiritum immundum habens exclamavit
dicens: Recede hinc serve dei, nam faciam
te ligatis manibus et pedibus de civita
te extrahi. Quam Apollinaris incre
pans mox exire compulit. Cum igitur
super mutum nomen domini invocasset et curasset,
plus quam quingenti homines crediderunt.
Pagani autem fustibus cesum prohibebant ne
Ihesum nominaret. Ille vero in terra iacens
clamabat quoniam hic est verus deus. Tunc nu
dis pedibus eum super prunas stare fecerunt.
Sed cum adhuc Christum constantissime predica
ret, extra urbem eum proiciunt. Eo tem
pore dominus Rufus patricius dux Ravenne
filiam infirmam habebat et ad eam sanandam
Apollinarem vocasset. Mox ut domum
ingressus est defuncta est. Cui Rufus dixit:
Utinam domum meam non intrasses. Dii
enim magni irati sunt et filiam meam sana
re noluerunt; tu vero quid ei facere poteris?
Cui Apollinaris: Noli timere, tan
tum michi iura quod si puella surrexerit eam
creatorem suum nequaquam sequi prohibe
bis. Quod cum fecisset, facta oratione puel
la surrexit et nomen Christi confessa est cum matre
et magna multitudine baptisma sus
cepit et virgo permansit. Quod audi

ens cesar scripsit ad prefectum pretorii ut apo
llinaris aut sacrificaret aut in exilium
mitteret. Prefectus quia eum sacrificare nolen
tem fustibus cedi fecit et in eculeum extendi
tortoribus mandavit. Ubi dum dominum constan
tissime predicaret, aquam ferventem in eius
vulneribus recentibus iactari iussit et sic
gravi pondere ferri vinctum in exilium mittere
voluit. Videntes christiani tantam impie
tatem accensi animo in paganos irruunt
et plus quam CC viros ex eis occidunt.
Quod videns prefectus abscondit se
et Apollinarem in artissimum carcerem
misit et deinde cathenatum in navim
posuit et cum tribus clericis eum in exilium
sequentibus destinavit. Ubi solum ipse cum
duobus militibus periculum evadens eos
dem ipsos milites baptizavit. Deinde re
diens Ravennam redit. A paganis capitur et ad
templum Apollinis ducitur. Cuius simulachrum
videns ipsum maledixit et subito corruit.
Quod videntes pontifices ipsum Taurio iu
dici presentarunt. Qui iudex cum filium suum
illuminasset credidit et ipsum IIII annis
in suo predio residere fecit. Post hoc cum pon
tifices apud Vespasianum eum accusassent,
misit Vespasianus ut quicumque diis iniu
riam irrogaret aut satisfaciat aut ur
be pelleretur. Non enim dignum est ut deos vindi
cemus, sed ipsi se de inimicis suis si
irasci possunt ulciscantur. Tunc De
mosthenes patricius eum sacrificare nolen
tem cuidam centurioni iam christiano tradidit.
Cuius rogatu progressus in vicum leprosorum ut ab
ipso furorem gentilium lateret. A pa
ganis insecutus est et usque ad mortem
dirissime cesus. Ubi per VII dies super
vivens et discipulos admonens spiri
tum reddidit et ibidem a christianis honori
fice sepultus est circa annos domini LXX.

sub vespasiano. De hoc martire sic dicit
ambrosius in prefatione: Apollinaris
dignissimus presul a principe petro ra-
vennam mittitur ihesu nomen incredulis
nunciaret. Qui dum mira virtutum insig-
nia conferret in christo credentibus, sevis libidum
flagellis sepe conteritur et senile iam corpus
ab infidelibus horrendis cruciatibus
laniatur. Sed ne de suis vexationibus
fideles trepidarent, imitatione nominis
ihesu christi signa apostolica perficit. Post tor-
menta puellam suscitat mortuam, visum
conspicuum ceco reddit et muto restau-
rat loquelam, obsessum demonio liberat,
contagione mundat leprosum, dissoluta
morbo sanat pestifero membra, portentuo-
sum simulacrum simul cum templo deicit.
O dignissimus admiratione pontifex po-
tifex qui cum pontificis dignitate apostolorum
cum meruit accipere potestatem. O fortissime
adleta christi qui etatis iam frigescen-
te calore constanter imperiis christum
predicat mundi redemptorem. De sancta christina

Xpina quasi crismate uncta. Habuit enim
balsamum boni odoris in conversatione
et oleum devocionis in mente. De nomine

Xpina nobilissimis parentibus
orta in tyro ytalie a patre suo in
gradu turri cum xii pedissequis colloca-
tur deos argenteos et aureos secum habens.
Et cum pulcherrima esset et a multis in
coniugium peteretur parentes eius nulli eam nole-
bant concedere volentes ut in deorum cultura
maneret. Ipsa autem a spiritu sancto docta ydolorum
sacrificia abhorrebat et incensa diis
immolanda in fenestra abscondebat.
Veniente autem patre eius pedissequae dix-
erunt: Filia tua domina nostra diis nostris immo-
lare contempnit sed christianam se esse asserit.
Pater autem ei blandiens ad deorum cultum
eam provocabat. Cui illa: Noli me vo-
care filiam sed eius cui sacrificium laudis decet.
Non enim diis mortalibus sed deo celi offe-
ro sacrificium. Cui pater: Filia mea, noli
deo tantum sacrificium offerre ne et alii ira-
scantur. Cui illa: Bene locutus es ne-
sciens veritatem. Offero enim sacrificium
patri et filio et spiritui sancto. Cui pater: Si tres
deos adoras. Cui illa: Trinitas una dei-
tas est. Post hoc xpina deos confregit
et aurum et argentum pauperibus erogavit.
Rediens pater ut deos adoraret et eos
non inveniens et ab ancillis quid de illis
xpina fecerit audiens iussit eam expo-
liari et a xii viris cedi adeo ut ipsi
ministri deficerent. Tunc xpina patri dixit:
Sine honore et pudore et abhomina-
bilis deo, qui me cedunt deficiunt.
Pete ut a diis tuis si vales virtutem.
Tunc cathenatam eam in carcerem in-
trudi iussit. Audiens hoc mater vestes
suas scidit et ad carcerem pergens filie
pedibus se prostravit dicens: Filia mea
christina lumen oculorum meorum miserere
mei. Cui illa: Quid me dicis filiam tuam?
Scias quia dei mei nomen habeo. Cumque nichil
posset sibi persuadere ad virum rediit et que ipsa
respondit indicavit. Tunc pater iussit eam
ante tribunal duci. Cui dixit: Sacrifica di-
is, sin autem multis afficieris suppliciis et
mea filia non diceris. Cui illa: Magnam gratiam
mihi prestitisti quia iam me non vocas filiam dya-
boli. Quod autem de dyabolo nascitur demon
est. Tu es pater ipsius sathane. Tunc ille
iussit carnes eius ungulis radi et membra
eius tenera dirumpi. Xpina autem decar-
pens carnes suas accipiens in vultum patris p-
roiecit dicens: Accipe tyranne et carnem
quam genuisti comede. Tunc pater eam
super rotam imposuit et ignem cum oleo sub po-